



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

34. Renunciari an possit exemptioni?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XXXIV.

Renunciari possit exemptioni?

Distinguit Angelus in §. *idem iura*. n. 44. *instit. de except.* inter exemptiones totius alicui ordini, aut particulari personæ concessas: ut concessis toti ordini renunciari nequeat; at vero, si particulari personæ exemptio concessa est renunciari possit, eamque refert Albericus in l. *si quis in conscribendo C. de pactu. communi* doctorum esse sententiam: Quam sequer si exemptiones principaliter renunciantis personam respicerent; At vero cum hætenus per sepe ostendimus, 1. *quæst.* 1. *numer.* 15. 17. & *seq.* exemptiones non modo odio ordinariorum, sed etiam favore sanctæ Sedis esse institutas, non video quomodo exemptus in præiudicium Papæ cuius interest *Rebus. resp.* 1. 42. *dixi d. quæst.* 1. *numer.* 17. privilegio huius renunciare possit: & ita in imperialibus exemptionibus concludit *Gall. li.* 1. *obs.* 40. *dixi supra lib.* 2. *qu.* 7. *num.* 2. & *seq.* à quo non discedo, subiungens omne id pendere ex natura privilegij, ad quam semper uti ad scopum collineandum est *cap. pro. de privilegijs* adde *supra li.* 1. *quæst.* 2. *num.* 9. & 10. dijudicatioque semper facienda ex mente principis concedentis *d. numer.* 9. & 10. & *eud. lib.* 1. *quæst.* 4. *numer.* 2. *quæst.* 43. *num.* 2. quod ipsum in hac exemptionum Canoniarum materia obtinere non raro supra tradidimus.

